



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

est æstimatio damni per adversarium illati, vel utilitatis amissæ, quæ quidem in re, vel circa rem fuerit: vel, ut Cuiac. placet, est utilitas iusta, quæ nobis abest, vel quam ex re ipsâ, quâ de agitur, haberemus, si damnum non dedisset, lucrumve adversarius non intercepisset. *L. Tut. 8. ff. de in lit. iur.*

ÆSTIMANDUM autem est id, quod interest, aliter in certis casibus, aliter in incertis. In certis, id est, in quibus certa pecunia, certa res, certumve corpus petitur, æstimabit Judex ita, ne æstimatio excedat duplum pretium ipsius rei. In incertis, quibus res vel pecunia incerta petitur, æstimabit quantum in rei veritate interfit, & indubio minoris condemnabit. *L. un. C. de sent. que pro eo, quod int.* Tantum de re.

6. Quantum ad expensas sive sumptus litis & damna, verbis istis veniunt salaria Advocatorum, & Procuratorum, sportulæ Judicum, exceptorum, apparitorum: veniunt & viatica sumptusq; in iter facti à litigantibus: item sumptus facti ad producendum testes. Postremò damna, quæ artifices patiuntur, dum peregrè operas edere non possunt. *L. 4. & ult. C. de fruct. & lit.*

Et lit: expens: Quod dicimus de viaticis
 sumptibusq; itineris, id alii ita temperant
 ut deduci velint eos sumptus, quos litiga-
 tor domi manens fecisset. *arg: cap. cum de
 lecti. in fin:* Aliis ea deductio non place-
 usumq; fori juri derogare scribunt. *Im-
 bert: 1. Instit. forens.* Nobis prior sententia
 juri & æquitati consentanea videtur. *Vi-*
N I U N T porrò expensæ tam ante, quam
 post litis contestationem factæ in judicio
 um ipso jure, ideoq; licet petita non fue-
 rint, Judex tamen victum victori in eas
 condemnare debet: ni fecerit, ipse eas
 sufferet. Nec excusabitur si dicat omittam
 à victore fuisse clausulam salutarem, *Omni-
 meliori modo. L. eum quem. ff. de jud: Co-*
D E M N A T autem non omnem, qui victor
 est, sed eum, qui temerè litigavit. *cit. L. e-*
um quem. §. 1. Instit. de pæn: tem: lit: Excus-
 tur itaq; , qui justam litigandi causam ha-
 buit. Causam justam parit non solum quæ
 stionis obscuritas, & probabilis facti
 ignorantia, sed & ambigua juris contro-
 versi interpretatio discrepantibus Do-
 ctorum sententiis. *Rebus: tom: 3. reg. comp:
 tit. de expens: art. 1. n. 30.* Et licet Donellus
 existat

existimet fieri non posse, quin actor si vincatur, videatur temerè litigasse: eo quod qui agit ante, quàm de jure suo certus sit, videatur eo ipso temerè fecisse *arg L. qui in alterius. 42. ff. de R. I.* assentiri tamen ei non possumus. Reo quidem faciliùs ignoscendum, quàm actori fatemur: qui minus interdum & actor excusari possit non videmus. *L. 2. ff. de jur. & fact. ignor.*

Sipro parte justa litigantis causa fuerit, in omnes expensas condemnandus non est, secundum Barth. Salic. & alios. sed solum in necessàrias: non etiam in voluntarias, seu voluptuarias. *Gl. in cap. finem litibus. de dolo:* Quare si rusticus pedester ire solitus, eques vel vehiculo ad iudicium veniat, hæ expensæ in condemnationem non veniunt. *Gl. in L. idemq. §. idem Labeo. ff. mandati:* deduci quoq; debent, quos victor domi factururus fuisset: quas Judex & testes non deducunt, quia pro jure alieno laborant, victor autem pro suo. Quid si quis prima instantia vicerit, secunda victus sit, an est condemnandus in expensas? *Glossographus in L. pen. §. 1. v. dispendii. C. de reb: cred. compensandas eo casu existit.*

existimavit, quod victoria primæ justam litigandi causam videatur præbere secundæ: quam sententiam veram putamus, si causæ obscuritas diversum utriusque instantiæ fecerit exitum: quod si in lite improbâ, ab iniquo Judice lætiores tulerit calculum, secunda instantia rectè nihilominus in sumptus damnatur. *Rebus: sup. art: 1. nu. 39.*

Quid si transactum fuerit de causa? Hoc utique casu, sublata questione principali etiam tollitur sumptuum quæstio. *L. 3. ubi DD. C. de fruct: & lit. expens:* Idem dicendum, si quis cognovit penitus adversarii jure, bonâ fide à lite destiterit *Barth: sup. ad L. 43. de reg. jur.* Celsat etiam condemnatio in expensas, cum ex consensu utriusque litigatoris causa iudicio disceptatur. *argumen: nov. 112. cap. cum fiscus succubuit. Cuiac. in par: C. de sport. cum Episcopus nov. 123. cap. 28. tenuiores. nov. 15. cap. 3. nec non illi qui his cum litigant. L. ult. C. de fruct: & lit. expens.*

7. Transeamus ad formulam: pro qua ante omnia sciendum r. in causâ condendum esse, ut habetur *auth. jubemus. C. de jud: quia nequit Judex ferre sententiam*